

COMPLETORII LIBELLUS

JUXTA RITUM

S. ORDINIS PRÆDICATORUM

REVERENDISSIMI PATRIS

FRATRIS EMMANUELIS SUAREZ

EJUSDEM ORDINIS MAGISTRI GENERALIS

JUSSU EDITUS



ROMÆ

AD S. SABINÆ

MDCCCCXLIX

Printed in Italy.

**MUSIC-
SEMINAR**

17

24/2/50

25

26

Imprimatur.

† JOSEPH ANGRISANI, *Ep. Casalen.*

IN DEI FILIO NOBIS DILECTIS
PATRIBUS, FRATRIBUS, MONIALIBUS ET SORORIBUS
ORDINIS PRÆDICATORUM
NOS
FR. EMMANUEL SUAREZ

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR

EIUSDEMQUE ORDINIS

HUMILIS MAGISTER GENERALIS ET SERVUS

Salutem et bene psallendi studium

Dum novam Libelli Completorii editionem Vobis, dilectissimi Patres, Fratres et Moniales atque Sorores, offerimus, non possumus quin Vobis de Completorii præstantia unum verbum dicamus. Quæ profecto ex Constitutionibus patet, nam nulla datur pro Completorio exemptio a choro (n. 568, § II, 1^o), et Constitutiones (n. 572) tantum Completorii una cum cantu Missæ conventualis Conventibus imponunt, ac si Completorium præstantius post Missam conventualem habeatur.

Et re quidem vera, licet Completorium sit hora minor, resumit, ut ita dicamus, totam dominicianæ vitæ diem, quotidianas orationes claudit et, ut B. Humberti, Prædecessoris Nostri, verba referamus (*in Expos. Regulæ*): Hora illa transeundum est ab operibus activæ (vitæ), quæ habet turbationem, ad opera contemplativæ, quæ habent pacem. Hac hora præparandus est locus in quo spiritus cum Deo quiescat; in ista hora debet se servus Dei præmuniri contra insultus diaboli; tunc recipitur spiritualis Patris benedictio.

Completorium ergo totam Communitatem in choro vel ecclesia convocat ut ultimos diei affectus gratitudinis et compunctionis Deo manifestet Illique petitiones elevet pro incognitis noctis difficultatibus feliciter superandis et omnia Prælati, Dei vices gerentis, benedictione firmentur. Invocatur denique Beata Virgo Maria, clemens, pia, dulcis Ordinis Mater et Protectrix, per solemnem antiphonæ *Salve Regina* canticum. Eam genuflexi deprecamur ut « Jesum benedictum fructum ventris sui nobis post hoc exsilium ostendat », memoria prævenientes horam mortis nostræ, qua Fratres pro nobis eandem petitionem, eodemque canticu, cælesti Regina pro nobis facient.

Completorii cantui præcipue applicantur Constitutionum verba

(n. 573, § I): « Cantus iste debet esse devotus, cum quadam dulcedine et suavitate, non autem cum rigiditate et asperitate nec voce nimis alta sed mediocri ».

Nova hæc editio accurate parata fuit a Patribus Instituti Liturgici, prout in Capitulo Generali Romano anni 1935 (n. 56) commendatum est.

Igitur, harum serie Nostrique auctoritate Officii, præsentem Libelli Completorii editionem approbamus eiusque usum Patribus, Fratribus, Monialibus et Sororibus Nostris permittimus. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

In quorum fidem his, sigillo Nostro munitis, propria manu subscripsimus.

Datum Romæ, e Curia Nostra Generali, ad S. Sabinæ, die 5 aprilis, in festo S. Vincentii Ferrerii Confessoris Ordinis Nostris, anno Domini 1949.

fr. EMMANUEL SUAREZ, O. P.
Mag. Gen.



Reg. Gen., pag. 119.

fr. ATHELWINUS TINDAL-ATKINSON, O. P.
Prov. Scotiae, Mag. et Socius.

FESTA MOBILIA

Dominica inter Circumcisionem et Epiphaniam: SS. Nominis Jesu. T. D. I cl. P. *

Dominica infra Oct. Epiphaniæ: Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ, Joseph. T. D. P.

Feria V post Dom. Sexagesimæ: Translatio S. Catharinæ Senensis, Virg. O. P. T. D.

Feria VI post Dom. Passionis: Compassio B. Mariæ V. T. D. P.

Pascha Resurrectionis. T. D. I cl. cum oct. solemnissima. P.

Feria IV infra hebd. II post Oct. Paschæ: Solemnitas S. Joseph, Sponsi B. Mariæ V.,
Conf. et Ecclesiæ universalis Patroni. T. D. I cl. cum oct. solemn.

Ascensio Domini. T. D. I cl. cum oct. solemnissima. P.

Pentecostes. T. D. I cl. cum oct. solemnissima. P.

Festum SS. Trinitatis. T. D. I cl. cum oct. solemn. P.

Festum SS. Corporis Christi. T. D. I cl. cum oct. solemnissima. P.

Festum SS. Cordis Jesu. T. D. I cl. cum oct. solemnissima. P.

Dominica I Octobris: SS. Rosarii B. Mariæ V. T. D. I cl. cum oct. solemn. P.

Dominica ultima Octobris: Festum D. N. Jesu Christi Regis. T. D. I cl. P.

KALENDARIUM

JANUARIUS

- 1 Circumcisio Domini. T. D. 2 cl.
- 2 B. Stephanæ de Quinzanis V. O. P. Semid.
- 3 B. Zedislavæ Berkianæ Matr. O. P. Semid.
- 4 Octava Ss. Innocentium Mm. 3 Lect.
- 5 Vigilia.
- 6 Epiphania Domini. T. D. I cl. cum octava solemnissima. P.
- 7 De octava.
- 8 De octava.
- 9 De octava.
- 10 De octava.

* Littera P. festo apposita indicat hoc festum habere aliquid proprium.

- 11 De octava.
- 12 De octava.
- 13 Octava Epiphaniæ. Solemnissima.
- 14 S. Hilarii E. C. et E. D. Dupl.
- 15 B. Francisci de Capillas M. O. P. Dupl.
- 16 B. Gundisalvi C. O. P. Semid.
- 17 S. Antonii Abbatis. Dupl.
- 18 Cathedra Romana S. Petri. T. D.
- 19 S. Margaritæ ab Hungaria V. O. P. T. D. 2 cl.
- 20 Ss. Fabiani Papæ et Sebastiani Mm. Dupl.
- 21 S. Agnetis V. M. Dupl.
- 22 S. Vincentii M. T. D.
- 23 S. Raymundi C. O. P. T. D. 2 cl.
- 24 B. Marcolini C. O. P. Semid.
- 25 Conversio S. Pauli Ap. T. D.
- 26 B. Andreæ a Piscaria C. O. P. Semid.
- 27 S. Joannis Chrysostomi E. C. et E. D. Dupl.
- 28 S. Petri Nolasci C. Dupl.
- 29 S. Francisci Salesii E. C. et E. D. Dupl.
- 30 B. Mariæ Mancini Vid. O. P. Semid.
- 31 S. Joannis Bosco C. Dupl.

FEBRUARIUS

- 1 S. Ignatii E. M. Dupl.
- 2 Purificatio B. Mariæ V. T. D. 2 cl. P.
- 3 S. Blasii E. M. 3 Lect.
- 4 S. Andreæ Corsini E. C. Dupl.
- 5 S. Agathæ V. M. Dupl.
- 6
- 7 S. Romualdi Abbatis. Dupl.
- 8 S. Joannis de Matha C. Dupl.
- 9 S. Cyrilli Ep. Alex., C. et E. D. Dupl.
- 10 S. Scholasticæ V. Dupl.
- 11 Apparitio B. Mariæ V. Immaculatæ. T. D.
- 12 Ss. septem Fundatorum Ord. Servorum B. M. V., Cc. Dupl. P.
- 13 S. Catharinæ de Ricciis V. O. P. T. D. 2 cl. P.
- 14 B. Nicolai Palea C. O. P. Semid.
- 15 B. Jordani Saxonis C. O. P. Dupl.
- 16 B. Bernardi Scammacca C. O. P. Semid.
- 17 B. Reginaldi C. O. P. Semid.
- 18
- 19 B. Alvari Cordubensis C. O. P. Semid.
- 20

- 21
 22 Cathedra Antiochena S. Petri T. D.
 23 S. Petri Damiani E. C. et E. D. Dupl.
 24 S. Matthiæ Ap. T. D. 2 cl.
 25 B. Constantii a Fabriano C. O. P. Semid.
 26
 27
 28 B, Villanæ de Bottis Matr. O. P. Semid.

MARTIUS

- 1 B. Christophori a Mediolano C. O. P. Semid.
 2 B. Henrici Susonis C. O. P. Semid.
 3
 4 S. Casimiri C. Simpl.
 5
 6 B. Jordani a Pisis C. O. P. Semid.
 7 S. Thomæ Aquinatis C. O. P. et E. D. T. D. 1 cl. P.
 8 S. Joannis de Deo C. Dupl.
 9 S. Franciscæ Romanæ Vid. Dupl.
 10 B. Petri de Jeremia C. O. P. Semid.
 11
 12 S. Gregorii Magni Papæ C. et E. D. Dupl.
 13
 14
 15
 16
 17 S. Patricii E. C. Dupl.
 18 S. Cyrilli Ep. Hierosol., C. et E. D. Dupl.
 19 S. Joseph, Sponsi B. Mariæ V., C. T. D. 1 cl.
 20 B. Ambrosii Sansedonii C. O. P. Dupl.
 21 S. Benedicti Abbatis. T. D.
 22 B. Isnardi de Chiampo C. O. P. Semid.
 23 B. Sibyllinæ de Biscossis V. O. P. Semid.
 24 S. Gabrielis Archangeli. T. D.
 25 Annuntiatio B. Mariæ V. T. D. 1 cl. P.
 26
 27 S. Joannis Damasceni C. et E. D. Dupl.
 28
 29
 30
 31

APRILIS

- 1 Impressio Ss. Stigmatum S. Catharinæ Sen. V. O. P. Dupl.
 2 S. Francisci de Paula C. Dupl.
 3
 4 S. Isidori E. C. et E. D. Dupl.
 5 S. Vincentii Ferrerii C. O. P. T. D. 2 cl.
 6
 7
 8
 9 B. Antonii Pavonii M. O. P. Semid.
 10 B. Antonii Neyrót M. O. P. Semid.
 11 S. Leonis Magni Papæ C. et E. D. Dupl.
 12
 13 B. Margaritæ de Castello V. O. P. Semid.
 14 B. Petri Gonzalez C. O. P. Semid.
 15
 16
 17 B. Claræ Gambacurtæ Vid. O. P. Semid.
 18
 19
 20 S. Agnetis de Monte Politiano V. O. P. T. D. 2 cl.
 21 S. Anselmi E. C. et E. D. Dupl.
 22 B. Bartholomæi M. O. P. Semid.
 23 S. Georgii M. Simpl.
 24 Ss. Coronæ spinæ Domini. T. D.
 25 S. Marci Evangelistæ. T. D. 2 cl.
 26 Bb. Dominici et Gregorii Cc. O. P. Semid.
 27 B. Hosannæ a Catharo V. O. P. Semid.
 28 S. Ludovici M. Grignon a Montfort C. O. P. Dupl.
 29 S. Petri M. O. P. T. D. 2 cl.
 30 S. Catharinæ Sen. V. O. P. T. D. 1 cl.

MAIUS

- 1 Ss. Philippi et Jacobi App. T. D. 2 cl.
 2 S. Athanasii E. C. et E. D. Dupl.
 3 Inventio S. Crucis. T. D. 2 cl.
 4 S. Monicæ Vid. Dupl.
 5 S. Pii V Papæ et C. O. P. T. D. 2 cl.
 6 S. Joannis ante Portam Latinam. T. D.
 7 S. Stanislai E. M. Dupl.
 Apud III Ord. Octava S. Catharinæ Sen. V. O. P. Solemnis.

- 8 Apparitio S. Michaelis Archangeli. T. D.
 9 S. Gregorii Nazianzeni E. C. et E. D. Dupl.
 10 S. Antonini E. C. O. P. T. D. 2 cl. P.
 11 B. Alberti a Bergamo C. O. P. Semid.
 12 B. Joannæ Lusitanæ V. O. P. Semid.
 13 B. Imeldæ V. O. P. Dupl.
 14 B. Ægidii C. O. P. Semid.
 15 S. Joannis Baptistæ de la Salle C. Dupl.
 16 S. Joannis Nepomuceni M. Dupl.
 17 B. Andreæ Abellonii C. O. P. Semid.
 18 S. Venantii M. Dupl.
 19 S. Petri Cælestini Papæ et C. Dupl.
 20 B. Colombæ V. O. P. Semid.
 21
 22 S. Servatii E. C. Dupl.
 23
 24 Translatio S. P. N. Dominici C. T. D. P.
 25 S. Urbani I Papæ et M. 3 Lect.
 26 S. Philippi Nerii C. Dupl.
 27 S. Bedæ Venerabilis C. et E. D. Dupl.
 28 B. Mariæ Bartholomææ V. O. P. Semid.
 29 Bb. Guillelmi O. P. et soc. Mm. Semid.
 30 B. Andreæ Franchi E. C. O. P. Semid.
 31 B. Mariæ V. omnium gratiarum Mediatrix. T. D. P.

JUNIUS

- I
 2 Bb. Sadoc et soc. Mm. O. P. Semid.
 3 Bb. Petri Sanz E. et soc. Mm. O. P. Dupl.
 4 S. Francisci Caracciolo C. Dupl.
 5 B. Jacobi Salomonii C. O. P. Semid.
 6 S. Norberti E. C. Dupl.
 7
 8
 9 Bb. Dianæ, Cæcilie et Amatæ Vv. O. P. Semid.
 10 B. Joannis Dominici E. C. O. P. Semid.
 11 S. Barnabæ Ap. T. D.
 12 B. Stephani Bandelli C. O. P. Semid.
 13 S. Antonii de Padua C. et E. D. Dupl.
 14 S. Basilii E. C. et E. D. Dupl.
 15 Ss. Viti, Modesti et Crescentiæ Mm. 3 Lect.
 16
 17
 18 S. Ephræm Syri Diaconi C. et E. D. Dupl.
 19 S. Gervasii et Protasii Mm. 3 Lect.

- 20 B. Hosannæ Mantuanæ V. O. P. Semid.
 21
 22 B. Innocentii V Papæ et C. O. P. Dupl.
 23 Vigilia.
 24 Nativitas S. Joannis Baptistæ. T. D. 1 cl. cum octava simplici.
 25 De octava.
 26 Ss. Joannis et Pauli Mm. Dupl.
 27 De octava.
 28 S. Irenæi E. M. Dupl.
 29 Ss. Petri et Pauli App. T. D. 1 cl. cum octava solemni.
 30 Commemoratio S. Pauli Ap. T. D.

JULIUS

- 1 Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. T. D. 1 cl. P.
 2 Visitatio B. Mariæ V. T. D. 2 cl.
 3 S. Leonis II Papæ et C. Simplex.
 4 De octava Ss. App. Petri et Pauli.
 5 S. Antonii Mariæ Zaccaria C. Dupl.
 6 Octava Ss. Petri et Pauli App. Solemnis.
 7 B. Benedicti XI Papæ et C. O. P. Dupl.
 8
 9 Ss. Joannis O. P. et soc. Mm. T. D. 2 cl.
 10 Septem Fratrum Mm. Simplex.
 11 Bb. Ignatii Delgado, Dominici Henares O. P. et soc. Mm. Dupl.
 12 S. Joannis Gualberti Abbatis. Dupl.
 13 B. Jacobi a Voragine E. C. O. P. Semid.
 14 S. Bonaventuræ E. C. et E. D. Dupl.
 15 S. Henrici Imp. C. Simplex.
 16 Commemoratio B. Mariæ V. de Monte Carmelo. T. D.
 17 B. Ceslai C. O. P. Semid.
 18 S. Camilli de Lellis C. Dupl.
 19 S. Vincentii a Paulo C. Dupl.
 20 S. Hieronymi Æmiliani C. Dupl.
 21 S. Praxedis V. 3 Lect.
 22 S. Mariæ Magdalenæ. T. D. 2 cl. P.
 23 B. Joannæ Urbevetanæ V. O. P. Semid.
 24 B. Augustini a Bugella C. O. P. Semid.
 25 S. Jacobi Ap. T. D. 2 cl.
 26 S. Annæ Matris B. Mariæ V. T. D. 2 cl.
 27
 28 B. Antonii ab Ecclesia C. O. P. Semid.
 29 S. Marthæ V. Simplex.
 30 B. Mannis C. O. P. Dupl.
 31 S. Ignatii C. Dupl.

AUGUSTUS

- 1 S. Petri Ap. ad Vincula. T. D.
- 2 S. Alphonsi Mariæ de Ligorio E. C. et E. D. Dupl.
- 3 B. Augustini Lucerini E. C. O. P. Semid.
- 4 S. P. N. Dominici C. T. D. 1 cl. cum oct. solemn. P.
- 5 S. Mariæ ad Nives. T. D.
- 6 Transfiguratio Domini. T. D. 2 cl. P.
- 7 S. Cajetani C. Dupl.
- 8 B. Joannæ de Aza, Matris S. P. N. Dominici. Dupl.
- 9 B. Joannis a Salerno C. O. P. Semid.
- 10 S. Laurentii M. T. D. 2 cl.
- 11 Octava S. P. N. Dominici. Solemnis.
- 12 S. Claræ V. Dupl.
- 13 Ss. Hippolyti et soc. Mm. 3 Lect.
- 14 Vigilia.
- 15 Assumptio B. Mariæ V. T. D. 1 cl. cum octava solemn.
- 16 S. Joachim, Patris B. M. V., C. T. D. 2 cl.
- 17 S. Hyacinthi C. O. P. T. D. 2 cl.
- 18 B. Aimonis Taparelli C. O. P. Semid.
- 19 B. Æmilie Bicchieri V. O. P. Semid.
- 20 S. Bernardi Abbatis et E. D. Dupl.
- 21 S. Joannæ Franciscæ Fremiot de Chantal Vid. Dupl.
- 22 Immaculati Cordis B. M. V. T. D. 2 cl.
- 23 B. Jacobi a Mevania C. O. P. Semid.
- 24 S. Bartholomæi Ap. T. D. 2 cl.
- 25 S. Ludovici Gallie Regis C. Dupl.
- 26
- 27 S. Josephi Calasantii C. Dupl.
- 28 S. Augustini E. C. e E. D. T. D. 2 cl. P.
- 29 Decollatio S. Joannis Bapt. T. D.
- 30 S. Rosæ a Lima V. O. P. T. D. 2 cl. P.
- 31 S. Raymundi Nonnati C. Dupl.

SEPTEMBER

- 1 S. Ægidii Abbatis. 3 Lect.
- 2 S. Stephani, Hungarie Regis, C. Simplex.
- 3 B. Gualæ E. C. O. P. Semid.
- 4 B. Catharinæ a Raconixio V. O. P. Semid.
- 5
- 6 B. Bertrandi a Garriga C. O. P. Semid.
- 7

- 8 Nativitas B. Mariæ V. T. D. 2 cl.
 9 S. Gorgonii M. 3 Lect.
 10 Bb. Alphonsi Navarrete O. P. et soc. Mm. Dupl.
 11 Ss. Proti et Hyacinthi Mm. 3 Lect.
 12 SS. Nominis B. Mariæ V. T. D.
 13
 14 Exaltatio S. Crucis. T. D.
 15 Septem Dolorum B. Mariæ V. T. D. 2 cl. P.
 16 Ss. Cornelii Papæ et Cypriani E. Mm. Simplex.
 17 Impressio sacrorum Stigmatum S. Francisci C. Dupl.
 18 B. Joannis Massias C. O. P. Dupl.
 19 Ss. Januarii E. et soc. Mm. Dupl.
 20 B. Francisci de Possadas C. O. P. Dupl.
 21 S. Matthæi Ap. et Ev. T. D. 2 cl.
 22 Ss. Mauritii et soc. Mm. 3 Lect.
 23 B. Marci Mutinensis C. O. P. Semid.
 24 B. Mariæ V. de Mercede. T. D.
 25 Commemoratio S. P. N. Dominici in Suriano. T. D.
 26 B. Dalmatii Monerii C. O. P. Semid.
 27 Ss. Cosmæ et Damiani Mm. Simplex.
 28 B. Laurentii a Ripafracta C. O. P. Semid.
 29 S. Michaelis Archangeli. T. D. 1 cl.
 30 S. Hieronymi Presb. C. et E. D. Dupl.

OCTOBER

- 1 S. Remigii E. C. 3 Lect.
 2 Ss. Angelorum Custodum. T. D. P.
 3 B. Dominici Spadafora C. O. P. Semid.
 4 S. P. N. Francisci C. T. D. 1 cl. P.
 5 B. Raymundi a Capua C. O. P. Dupl.
 6 S. Brunonis C. Dupl.
 7 B. Matthæi Carrerii C. O. P. Semid.
 8 S. Birgittæ Vid. Dupl.
 9 Ss. Dionysii E. et soc. Mm. Dupl.
 10 S. Ludovici Bertrandi C. O. P. T. D. 2 cl. P.
 11 B. Jacobi ab Ulma C. O. P. Semid.
 12
 13 B. Magdalenæ de Panateriis V. O. P. Semid.
 14 S. Callisti Papæ et M. Dupl.
 15 S. Teresiæ V. Dupl. P.
 16
 17
 18 S. Lucæ Evangelistæ. T. D. 2 cl.
 19 S. Petri de Alcantara C. Dupl.

- 20
 21 B. Petri a Tiferno C. O. P. Semid.
 22 In ecclesiis consecratis: Dedicatio propriæ ecclesiæ. T. D. 1 cl. cum oct. simpl.
 23 B. Bartholomæi de Bregantia E. C. O. P. Semid.
 24 S. Raphaelis Archangeli. T. D.
 25 De octava.
 26 B. Damiani a Finario C. O. P. Semid.
 27 De octava.
 28 Ss. Simonis et Judæ App. T. D. 2 cl.
 29 Oct. Dedicacionis propriæ ecclesiæ. Simplex.
 30 B. Benvenutæ Bojani V. O. P. Semid.
 31 Commem. Sanctorum quorum reliquiæ in ecclesiis nostris asservantur. T. D.

NOVEMBER

- 1 Festivitas omnium Sanctorum. T. D. 1 cl. cum oct. solemn. P.
 2 Commemoratio omnium Fidelium defunctorum. 9 Lect.
 3 B. Simonis Ballacchii C. O. P. Semid.
 4 S. Caroli E. C. Dupl.
 5 B. Martini de Porres C. O. P. Dupl.
 6 Bb. Hieronymi, Valentini, Francisci, Hyacinthi et soc. Mm. O. P. Dupl.
 7 B. Petri a Ruffia M. O. P. Semid.
 8 Octava omnium Sanctorum. Solemnis.
 9 Dedicatio Basilicæ SS. Salvatoris. T. D. 2 cl.
 10
 11 S. Martini E. C. T. D.
 12 Festivitas omnium Sanctorum O. P. T. D. 2 cl. P.
 13 Patrocinium S. Thomæ Aq. in scholas catholicas. T. D. 1 cl. P.
 14 B. Joannis Liccii C. O. P. Semid.
 15 S. Alberti Magni E. C. O. P. et E. D. T. D. 1 cl. P.
 16 B. Luciæ a Narnia V. O. P. Semid.
 17 S. Gregorii Thaumaturgi E. C. Simplex.
 18 Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli App. T. D.
 19 S. Elisabeth Vid. Dupl.
 20 S. Felicis de Valois C. Dupl.
 21 Præsentatio B. Mariæ V. T. D.
 22 S. Cæciliæ V. M. Dupl.
 23 S. Clementis I Papæ et M. Dupl.
 24 S. Joannis a Cruce C. et E. D. Dupl.
 25 S. Catharinæ V. M. T. D.
 26 B. Jacobi de Benefactis E. C. O. P. Semid.
 27
 28
 29 Vigilia.
 30 S. Andreæ Ap. T. D. 2 cl.


DECEMBER

- 1 B. Joannis a Vercellis C. O. P. Dupl.
 - 2 S. Bibianæ V. M. Simplex.
 - 3 S. Francisci Xaverii C. T. D.
 - 4 S. Petri Chrysologi E. C. et E. D. Dupl.
 - 5
 - 6 S. Nicolai E. C. Dupl.
 - 7 S. Ambrosii E. C. et E. D. Dupl.
 - 8 Conceptio Immaculata B. Mariæ V. T. D. 1 cl. cum octava solemn.
 - 9 De octava.
 - 10 De octava.
 - 11 S. Damasi I Papæ et C. Simplex.
 - 12 De octava.
 - 13 S. Lucie V. M. Dupl.
 - 14 De octava.
 - 15 Octava Conceptionis Immaculatæ B. M. V. Solemnis.
 - 16 B. Sebastiani Maggii C. O. P. Semid.
 - 17
 - 18
 - 19
 - 20 S. Dominici Sylensis Abb. Dupl.
 - 21 S. Thomæ Ap. T. D. 2 cl.
 - 22 Patrocinium B. Mariæ V. T. D.
 - 23 B. Margaritæ de Sabaudia Vid. O. P. Semid.
 - 24 Vigilia.
 - 25 Nativitas D. N. J. C. T. D. 1 cl. cum octava solemnissima. P.
 - 26 S. Stephani Protomartyris. T. D. 2 cl.
 - 27 S. Joannis Ap. et Ev. T. D. 2 cl.
 - 28 Ss. Innocentium Mm. T. D. 2 cl.
 - 29 S. Thomæ E. M. Dupl.
 - 30 De octava.
 - 31 S. Silvestri I Papæ et C. Dupl.
-


AD COMPLETORIUM

SEQUENS ORDO AD COMPLETORIUM SEMPER OBSERVATUR,
NISI ALITER NOTETUR


Erectis versisque ad invicem Fratribus, ille qui scriptus est ad Responsoria Horarum vel alius cui Cantor injunxerit, non in medio chori, sed in sede sua stans, capite aliquantulum ad Hebdomadariam inclinato, dicat:

J 
ube, domne, be-ne-dí-ce-re.

Quo dicto, subjungat Hebdomadarius verso vultu ad Chorum oppositum, Fratribus inclinatis usque ad genua, benedictionem:



Noctem qui-é-tam et fi-nem perféctum trí-bu-at no-bis omni-





po-tens et mi-sé-ri-cors Dómi-nus. *R.* Amen.

Et dicat qui præmisit **Jube, domne**, non versus ad altare, sed in sede sua stans, versus ad Chorum oppositum:


Lectio

I Petri 5


F  ra-tres: Sóbri- i estó-te et vi-gi-lá-te: qui a adver-sá-



ri-us vester di-ábo-lus tamquam le-o rúgi-ens círcu-it, quæ-




rens quem dé-vo-ret: cu-i re-sí-sti-te fortes in fi-dé. Tu




autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re nostri. *R.* De-o grá-ti-as.

Dicat Prior vel, eo absente, Supprior vel, utroque absente, Hebdomadarius:



ψ. Adju-tó-ri-um nostrum in nó-mi-ne Dómi-ni. *R.* Qui fe-cit



cæ-lum et terram.

Omnes inclinantes profunde vel prostrati super formas, pro tempore, dicant *Pater noster* secreto; quo dicto, subjungat qui dixit *Adjutoriū*, voce distincta et intelligibili sine cantu, inclinatus vel prostratus ut ante:

Confiteor Deo omnipotēti, et beátæ Mariæ semper Virgini, et beáto Domínico Patri nostro, et ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatíone, locutióne, ópere et omisióne, mea culpa: precor vos oráre pro me.

Chorus autem dicat:

Misereátur tui omnípotens Deus, et dimíttat tibi ómnia peccáta tua: liberet te ab omni malo, salvet, et confirmet in omni ópere bono, et perdúcat te ad vitam ætérnam.


Ille qui dixit *Confiteor* respondeat *Amen*, postea Chorus replicet:

Confiteor Deo omnipotēti, et beátæ Mariæ semper Virgini, et beáto Domínico Patri nostro, et ómnibus Sanctis, et tibi, Pater: quia peccávi nimis cogitatíone, locutióne, ópere et omisióne, mea culpa: precor te oráre pro me.


Deinde qui primus dixit *Confiteor* subjungat:

Misereátur vestri omnípotens Deus, et dimíttat vobis ómnia peccáta vestra: liberet vos ab omni malo, salvet, et confirmet in omni ópere bono, et perdúcat vos ad vitam ætérnam. *R.* Amen.


Erectis omnibus et versis ad altare, incipiat *Hebdomadarius*:




Y. Convér-te nos, De-us, sa-lu-tá-ris noster. *R.* Et a-vérte i-ram



tu-am a no-bis.




Y. De-us, in adju-tó-ri-um me-um in-ténde. R̃. Dómi-ne, ad




adjuvándum me festí-na.

Omnesque inclinantes profunde vel prostrati super formas, pro tempore, prosequantur:




Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto.

Et erigendo se, versis ad invicem vultibus, subjungant:




Sic-ut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæ-



cu-la sæ-cu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Tempore Septuagesimæ, omisso Allelúia post Sicut erat, dicitur:



Laus ti-bi, Dómi-ne, Rex æ-térnæ gló-ri-æ.

Postea Frater qui scriptus est ad Responsoria Horarum, verso vultu ad Chorum oppositum incipiat Antiphonam super Psalmos pro tempore; incepta vero Antiphona, aliquantulum inclinet.

Super Psalmos Ant.

Per Annum.

VIIIa



M i-se-ré-re.


Tempore Paschali.

VIIIa




A I-le-lú-ia.

Et statim incipiat Cantor hebdomadæ:



Ps. 4. Cum invocá-rem, ex-audí-vit me De-us justí-ti-æ me-æ: *



in tri-bu-la-ti-ó-ne di-la-tásti mi-hi.

Miserére mei, * et exáudi ora-tiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequo gra-vi corde? * ut quid diligitis vanitátem et quæritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me, cum clamá-vero ad eum.

Irascimini, et nolíte peccáre: * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungí-mini.

Sacrificáte sacrificium justítiæ, ⁊ et speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini et ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dór-niam et requiescam.

Quóniam tu, Dómine, singu-láriter in spe * constituísti me.

Glória Patri, et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

¶ Hic versus Glória Patri semper dicitur in fine omnium Psalmorum, nisi aliter notetur.

Psalmus 90

Qui hábitat in adjutório Al-tíssimi, * in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor me-us es tu et refúgium meum: * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de

láqueo venántium, * et a verbo áspero.

Scápolis suis obumbrábit tibi: * et sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus: * non timébis a timóre noctúrno,

A sagítta volánte in die, ꝛ a negótio perambulánte in ténebris, * ab incúrso, et dæmónio meridiáno.

Cadent a látere tuo mille, ꝛ et decem millia a dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributió nem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum: * et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te: * ut custódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem et dracónem.

Quóniam in me sperávit, libe-rábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: ꝛ cum ipso sum in tribulatióne: * erípíam eum et glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum: * et osténdam illi salutáre meum.

Psalmus 133


Ecce nunc benedicite Dóminum, * omnes servi Dómini:

Qui státis in domo Dómini, * in átriis domus Dei nostri.


In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, * et benedicite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Si-on, * qui fecit cælum et terram.

Anti-
phona.



Mi-se-ré-re mi-hi, Dómi-ne, et exáudi o-ra-ti-ó-nem



me -am.

¶ Tempore Paschali (a Sabbato post Pascha usque ad Sabbatum post Pentecosten) Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.

¶ Psalmi de Dominica superius apposti dicuntur etiam in ultimo triduo Majoris Hebdomadæ; itemque dicuntur, adhibita simul Antiphona juxta diversitatem Temporis assignata, in Feria VI post Oct. Ascensionis, in Totis Duplicibus I et II classis, in Festis Domini, Beatæ Mariæ Virginis, sanctorum Angelorum, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, Apostolorum, Evangelistarum, et per Octavas privilegiatas Domini quæ in Ecclesia universali recolluntur: si tamen præcedentes I Vesperæ de eis integræ vel saltem a Capitulo sint celebratæ, ac II Vesperæ de ipsis integræ fuerint persolutæ; et insuper quotiescumque super Psalmos Antiphona propria habeatur.


Ceteris diebus dicuntur Psalmi de occurrenti hebdomadæ die, pag. 22 et seq.

Cantata post Psalmos Antiphona, dicat Hebdomadarius versus ad altare:


Capitulum

Jerem. 14

T 
 u in no-bis es, Dómi-ne, et nomen sanctum tu-um



invo-cá-tum est su-per nos: ne de-re-línquas nos, Dómine,



De- us noster. R̄. De-o grá-ti- as.

Deinde, nisi fuerit Festum Duplex aut Totum Duplex, cantetur a Fratре qui scriptus est ad Responsorια Horarum stante in sede sua verso vultu ad altare Responsorium In manus tuas, addito vel omisso Allelúia juxta rubricas.

Si vero fuerit Festum Duplex aut Totum Duplex, prædictum Responsorium cantetur a duobus Fratribus stantibus in medio chori versis ad altare vultibus.

Responsorium In manus tuas sine Allelúia.

IV

n ma-nus tu-as, Dómi-ne, * Comméndo spí-ri-tum
me-um. In manus. √. Red-emísti me, Dómi-ne, De-us ve-
ri-tá-tis. * Comméndo. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et
Spi-rí-tu-i Sancto. In manus.

Idem Responsorium cum Allelúia.

VI

n ma-nus tu-as, Dómi-ne, comméndo spí-ri-tum me-um, *
Alle-lú-ia, al-le-lú-ia. In ma-nus. √. Red-emísti me,
Dó-mi-ne, De-us ve-ri-tá-tis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. In manus.

Modi communes cantandi Hymnum


TE LUCIS

IN OFFICIO DE TEMPORE


Sabbatis et Dominicis Adventus

Hymnus, IV


T




e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pósci-




mus Ut só-li-ta clemé-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.




2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta:




Hostémque nostrum cómp-ri-me, Ne pol-lu-ántur córpo-ra.



3. Præ-sta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Christum Dó-minum,



Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum Sancto Spí-ri-tu.



A-men.

Sabbatis

ab Octava Epiphaniae ad Quadragesimam
et ab Octava SS. Cordis Jesu ad Adventum

Hymnus.

VIII

Te lu- cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus

Ut só-li-ta clemé-nti-a Sis præ- sul ad cu- stó-di- am.

2. Pro-cul re-cé-dant só-mni-a Et nó-cti-um phantá-
sma-ta: Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pol- lu-ántur cór-
po-ra. 3. Præsta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je- sum Chri-
stum Dómi-num, Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum
Sancto Spí-ri- tu. A-men.

The image shows a musical score for a hymn. It consists of ten staves of music, each with a treble clef and a common time signature (C). The notes are represented by square symbols. The lyrics are written below the staves, with some words in Latin and some in a Gothic script. The first staff begins with a large 'T' and the word 'VIII' above it. The lyrics are: 'Te lucis ante terminum, Re-rum Creator, poscimus'. The second staff continues: 'Ut solita clementia Sis presul ad custodiam.' The third staff begins with '2. Procul recedant somnia Et noctium phanta-' and continues on the fourth staff: 'sma-ta: Hostemque nostrum compri-me, Ne polluantur cor-' and continues on the fifth staff: 'pora. 3. Præsta, Pater omnipotens, Per Jesum Chri-' and continues on the sixth staff: 'stum Dominum, Qui tecum in perpetuum Regnat cum' and continues on the seventh staff: 'Sancto Spiritu. Amen.' The eighth, ninth, and tenth staves contain musical notation without lyrics.

Dominicis

ab Octava Epiphaniae ad Quadragesimam
et ab Octava SS. Cordis Jesu ad Adventum

Hymnus

VIII

Te lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pósci-
mus Ut só-li-ta cle-ménti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.
2. Pro- cul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phantásma-ta:
Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pol-lu-án-tur cór-po-ra.
3. Præ- sta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je- sum Chri-stum Dó-
mi-num, Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum Sancto
Spí-ri-tu. A-men.

Feriis Adventus et per Annum

Hymnus

VIII

T e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus

Ut só-li-ta clemén-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.

2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phantásma-ta:

Ho-stémque nostrum cómpri-me, Ne pol-lu-ántur córpo-ra.

3. Præsta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Christum Dóminum,

Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum Sancto Spí-ri-tu.

A-men.

Modi communes cantandi Hymnum


TE LUCIS

IN OFFICIIS QUAE PROPRIO CANTU EJUSDEM METRI CARUERINT

¶ I. In Festo I classis, etiamsi infra Octavam solemnem et supra occurrerit.

Hymnus, VII

T e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-



scimus Ut só-li-ta cle-mén-ti-a Sis præ-sul ad cu-stó-




di-am. 2. Pro-cul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phan-




tásma-ta: Hostémque nostrum cómprime, Ne pol-lu-án-tur




córpo-ra. 3. Præsta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Chri-



stum Dó-mi-num, Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum



Sancto Spí-ri-tu. A-men.



¶ II. In Festo Toto Duplici II classis et Toto Duplici communi Apostolorum, nisi celebretur infra Octavam solemnem et supra, quæ proprium ejusdem metri cantum habuerit.

Hymnus

IV
Te lu-cis ante térmi- num, Re-rum Cre-á- tor, pó-sci-

mus Ut só-li- ta cleménti- a Sis præ-sul ad custó-di- am.

2. Procul re- cé-dant sómni- a Et nócti- um phantásma- ta:

Hostémque nostrum cómpri- me, Ne pol-lu-án-tur córpo- ra.

3. Præsta, Pa- ter omní- po- tens, Per Je- sum Chri- stum Dó-

mi-num, Qui te-cum in perpé-tu- um Regnat cum Sancto

Spí- ri- tu. A-men.

¶ III. In Festo Toto Duplici communi, nisi celebretur infra Octavam solemnem et supra, quæ habuerit cantum proprium ejusdem metri.

Hymnus

VII

Te lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-scimus

Ut só-li-ta clemén-ti-a Sis præ-sul ad cu-stó-di-am.

2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta:

Hostémque nostrum cómprime, Ne pollu-ántur cór-po-ra.

3. Præsta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Chri-stum Dó-

mi-num, Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum Sancto Spí-

ri-tu. A-men.

¶ IV. In Festo Duplici, nisi celebretur infra Octavam solemnem et supra, quæ proprium ejusdem metri cantum habuerit.

Hymnus

III
Te lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-sci-mus
 Ut só-li-ta clemé-n-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.

2. Procul re-cédant só-m-ni-a Et nócti-um phantá-sma-ta:
 Hostém-que nostrum có-m-prime, Ne pollu-án-tur cór-po-ra.

3. Præ-sta, Pa-ter omní-po-tens, Per Je-sum Christum Dó-mi-num,
 Qui te-cum in perpé-tu-um Regnat cum San-cto Spí-ri-tu. A-men.

¶ V. In Festo Semiduplici et infra, nisi celebretur infra Octavam solemnem et supra, quæ proprium ejusdem metri cantum habuerit.

Hymnus

VIII
Te lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus

Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad custó-di-am. 2. Procul

re-cé-dant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta: Hostémque

nostrum cómpri-me, Ne pollu-ántur córpo-ra. 3. Præsta, Pa-ter

omnípo-tens, Per Je-sum Christum Dó-mi-num, Qui te-cum

in perpé-tu-um Regnat cum Sancto Spí-ri-tu. A-men.


¶ Infra Octavam solemnem et supra, si proprium ejusdem metri cantum habuerit, ipse quotidie cantetur, etiam in festis Sanctorum quæ tono proprio caruerint, nisi I classis fuerint, aut nisi aliter notetur.

¶ Si vero Octava solemnis cantum proprium ejusdem metri non habuerit, in die Octava ad utrumque Completorium cantetur Hymnus


ut in festo Toto Duplici communi, ceteris diebus infra Octavam cantetur ut in festo Duplici, nisi occurrerit festum ritus altioris.

¶ Infra Octavam simplicem, si Vesperæ præcedentes de ipsa fuerint, cantetur Hymnus ut in festo Semiduplici, in die Octava vero ut in festo, si sit tonus proprius ejusdem metri, secus ut in festo Duplici.

Post Hymnum dicatur sequens V. ab eo qui cantavit vel ab eis qui cantaverunt R̃. In manus tuas.



V. Custó-di nos, Dómi-ne, ut pu-píl-lam ó-cu-li.




R̃. Sub umbra a-lá-rum tu-á-rum pró-te-ge nos.


Postea Hebdomadarius ad Nunc dimittis inchoet Antiphonam Salva nos, nisi alia notata fuerit; incepta vero Antiphona, aliquantum inclinet. Et Cantor hebdomadæ statim incipiat Canticum Simeonis (Luc. 2).

Ad Nunc dimittis Antiphona IIIb

S



alva nos. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dómine, *




secúndum verbum tu-um in pa-ce.

Quia vidérunt óculi mei * sal-
lutáre tuum,


Quod parásti * ante fáciem
ómnium populórum:

Lumen ad revelatióem gén-
tium * et glóriam plebis tuæ
Israël.


Glória Patri... Sicut erat...



Salva nos, Dómi-ne, vi-gi-lántes, custó-di nos dormi-



éntes: ut vi-gi-lémus cum Chri-sto, et requi-escámus in




pa-ce.

MODUS DICENDI PRECES


¶ Si Preces dicendæ fuerint, finita post Canticum Nunc dimittis Antiphona, dicitur:

Cantor hebdomadæ Chorus




Ký-ri-e, e-léi-son. Christe, e-léi-son. Ký-ri-e, e-léi-son.

Inclinatisque vel prostratis pro tempore Fratribus, secreto dicatur Pater noster; quo dicto, Hebdomadarius aliquantulum se erigens alta voce subjungat:




Et ne nos indú-cas in tenta-ti-ó-nem. R̄. Sed lí-be-ra nos a




ma-lo. V. In pa-ce in id-ípsum. R̄. Dórmi-am et requi-escam.

Deinde secreto dicatur Credo in Deum; quo dicto, Hebdomadarius totus erectus et versus ad altare dicat alte:




Carnis re-surrecti-ó-nem. *R̃.* Vi-tam æ-térnam. Amen. *Ÿ.* Di-




gná-re, Dómi-ne, nocte is-ta. *R̃.* Si-ne peccá-to nos custodí-re.

Finitis Precibus subditur Dóminus vobíscum cum Oratione Visita, quæsumus, et reliquis omnibus, ut infra.


¶ Si Preces dicendæ non fuerint, finita post Canticum Antiphona, statim dicat Hebdomadarius versus ad altare:




Dóminus vo-bíscum. *R̃.* Et cum spí-ri-tu tu-o. O-rémus.




í-si-ta, quæ-sumus, Dómi-ne, ha-bi-ta-ti-ó-nem istam,




et omnes insí-di-as i-ni-mí-ci ab e-a lon-ge repél-le:




et Ange-li tu-i sancti ha-bi-tántes in e-a nos in pa-ce




custó-di-ant, et be-ne-dícti-o tu-a sit su-per nos semper:




Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum Fí-li-um tu-um, qui




te-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us:



per ómni-a sǎ-cu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.



Dómi-nus vo-bíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.



Be-ne-di-cámus Dómi-no. R̄. De-o grá-ti-as.

Responso Deo grátias, detur a Priore sine cantu benedictio (præterquam in Cena Domini et Parasceve):

Benedictio Dei omnipoténtis Patris, et Fílii, ✠ et Spíritus Sancti descéndat super vos, et máneat semper. R̄. Amen.

¶ Absente Priore, det Supprior vel, eo absente, Hebdomadarius benedictionem; non tamen dicant super vos, sed super nos.


¶ Omni tempore, præterquam in quarta, quinta et sexta Feria ante Pascha, post Completorium fiat Processio et cantentur Antiphonæ Salve, Regína, et O lumen (vel alia pro more conventus) cum ♯. et Oratione convenienti, prout habetur in fine hujus libelli.

PSALMI DE OCCURRENTI HEBDOMADAE DIE

Feria II


Super Psalmos Ant.

Per Annum.


VIIIa 
S alvum me fac.

Tempore Paschali.

VIIIa 
A l-le-lú-ia.



Ps. 6 Dómi-ne, ne in furó-re tu-o árgu-as me, * neque in i-ra



tu-a corrí-pi-as me.

Miserére mei, Dómine, quóniam infirmus sum: * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu, Dómine, úsquequo?

Convértere, Dómine, et éripe ánimam meam: * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte

qui memor sit tui: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, et lavábo per síngulas noctes lectum meum: * lácrimis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est a furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite a me omnes qui

operámini iniquitátem: * quóniam exaudivit Dóminus vocem fletus mei.

Exaudivit Dóminus deprecationem meam, * Dóminus orationem meam suscepit.

Erubéscant et conturbéntur vehementer omnes inimíci mei: * convertántur et erubéscant valde velóciter.

Psalmus 7, j

Dómine, Deus meus, in te sperávi: * salvum me fac ex ómnibus persecuéntibus me, et libera me.

Nequándo rápiat ut leo ánimam meam, * dum non est qui rédimat, neque qui salvum fáciat.

Dómine, Deus meus, si feci istud, * si est iníquitas in mánibus meis:

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * decídám mérito ab inimícis meis inánis.

Persequátur inimícus ánimam meam et comprehéndat, ꝛ et concúlcet in terra vitam meam, * et glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exsúrge, Dómine, in ira tua: * et exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exsúrge, Dómine, Deus meus, in præcépto quod mandásti: * et synagóga populórum circúmdabit te.

Et propter hanc in altum regrédere: * Dóminus júdicat populos.

Júdicá me, Dómine, secúndum justítiam meam, * et secúndum innocéntiam meam super me.

Consumétur nequítia peccatórum, et díriges justum, * scrutans corda et renes, Deus.

Psalmus 7, ij

Justum adjutórium meum a Dómino, * qui salvos facit rectos corde.

Deus iudex justus, fortis et pátiens: * numquid iráscitur per síngulos dies?

Nisi convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit: * arcum suum teténdit, et parávit illum.

Et in eo parávit vasa mortis: * sagíttas suas ardéntibus effécit.


Ecce partúriit injustítiam: * concépit dolórem, et péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, et effódit eum: * et incidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus: * et in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndum justítiam ejus: * et psallam nómini Dómini altíssimi.

Glória Patri...




Salvum me fac, Dómine, propter mi-se-ri-córdi-am tu-am.

Temp. Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.

Feria III


Super Psalmos Ant.

Per Annum.




Tu, Dómi-ne.


Tempore Paschali.



Al-le-lú-ia.



Ps. II. Salvum me fac, Dómi-ne, quó-ni-am de-fé-cit sanctus: *



quóni-am dimi-nú-tæ sunt ve-ri-tá-tes a fí-li-is hóminum.

Vana locúti sunt unusquísque ad próximum suum: * lábia dolósa, in corde et corde locúti sunt.

Dispédat Dóminus univérsa lábia dolósa * et linguam magníloquam.


Qui dixerunt: Linguam nostram magnificábitur, ⁊ lábia nostra a nobis sunt, * quis noster Dóminus est?

Propter misériam ínopum et gémitum páuperum, * nunc exsúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in salutári: * fiduciá-liter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia casta: * argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum séptuplum.

Tu, Dómine, servábis nos, et




æ-térnum.

Temp. Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.


Feria IV

Super Psalmos Ant.

Per Annum.




mmít-tet. Ps. 33, j Be-ne-dí-cam Dómi-num in omni tém-




po-re: * semper laus e-jus in o-re me-o.

Tempore Paschali.



A l-le-lú-ia. Ps. 33, j Be-ne-dí-cam Dómi-num in omni tém-



po-re: * semper laus e-jus in o-re me-o.

In Dómino laudábitur ánima mea: * áudiant mansuéti, et læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum: * et exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, et exaudivit me: * et ex ómnibus tribulatióibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, et illuminámini: * et fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudivit eum: * et de ómnibus tribulatió nibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, * et erípiet eos.

Gustáte, et vidéte quóniam suávis est Dóminus: * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes sancti ejus: * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt et esuriérunt: * inquirentes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Psalmus 33, ij

Veníte, filii, audíte me: * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam: * diligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam a malo: * et lábía tua ne loquántur dolum.

Divérte a malo, et fac bonum: * inquire pacem, et perséquare eam.

Oculi Dómini super justos: * et aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala: * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justí, et Dóminus exaudivit eos: * et ex ómnibus tribulatió nibus eórum liberávit eos.

Juxta est Dóminus iis, qui tribuláto sunt corde: * et húmíles spírítu salvábit.

Multæ tribulatió nes justórum: * et de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum: * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima: * et qui odérunt justum, delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum: * et non delínquent omnes qui sperant in eo.

Psalmus 60

Exáudi, Deus, deprecatió nem meam: * inténde oratió ni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi: * dum anxiarétur cor meum, in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea: * turris fortitúdinis a fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sæcula: * prótegar in velaménto alárum tuárum.


Quóniam tu, Deus meus, exaudivísti oratió nem meam: * dedísti hereditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies: * annos ejus usque in diem generatió nis et generatió nis.


Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam et veritátem ejus quis requíret?

Sic psalmum dicam nómini tuo in sæculum sæculi: * ut reddam vota mea de die in diem.

Glória Patri...

Anti-
phona.

Immít-tet Ange-lus Dómi-ni in circú-i-tu timénti-um




e-um, et e-rí-pi-et e-os.

Temp. Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.



Feria V

Super Psalmos Ant.


Per Annum.

**A** d-jú-tor me-us.

Tempore Paschali.

**A** l-le-lú-ia.

Ps. 69 De-us, in adjutó-ri-um me-um inténde: * Dómi-ne, ad



adjuvándum me festí-na.

Confundántur et revereántur, *
qui quærunt ánimam meam.Avertántur retrórsum et eru-
béscant, * qui volunt mihi
mala.

Avertántur statim erubescén-

tes, * qui dicunt mihi: Euge,
euge.Exsúltent et læténtur in te
omnes qui quærunt te: * et
dicant semper: Magnificétur Dó-
minus: qui díligunt salutáre tuum.

Ego vero egénus et pauper sum: * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus et liberátor meus es tu: * Dómine, ne moréris.

Psalmus 70, j

In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me, et éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * et salva me.

Esto mihi in Deum prote-
ctórem, ζ et in locum muní-
tum: * ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum me-
um, * et refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu
peccatóris, * et de manu contra
legem agéntis et iníqui:

Quóniam tu es patiéntia mea,
Dómine: * Dómine, spes mea
a juventúte mea.

In te confirmátus sum ex
útero: * de ventre matris meæ
tu es protéctor meus.

In te cantátio mea semper: *
tamquam prodígium factus sum
multis: et tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut
cantem glóriam tuam: * tota
die magnítudinem tuam.

Ne projícias me in témpore
senectútis: * cum defécerit vir-
tus mea, ne derelínquas me.

Quia dixerunt inimíci mei mi-
hi: * et qui custodiébant ánimam
meam, consílium fecérunt in
unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, ζ
persequímini et comprehéndite
eum: * quia non est qui eri-
piat.

Deus, ne elongéris a me: *
Deus meus, in auxiliium meum
réspecte.

Psalmus 70, ij

Confundántur et deficiant de-
trahéntes ánimæ meæ: *
operiántur confusióne et pudóre
qui quærent mala mihi.

Ego autem semper sperábo: *
et adjíciam super omnem laudem
tuam.

Os meum annuntiábit justítiam
tuam: * tota die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litte-
ratúram, introibo in poténtias
Dómini: * Dómine, memorábor
justítiae tuæ solíus.

Deus, docuísti me a juventúte
mea: * et usque nunc pronun-
tiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam et sé-
nium: * Deus, ne derelínquas me,

Donec annúntiem bráchium
tuum * generatióni omni, quæ
ventúra est:

Poténtiam tuam et justítiam
tuam, Deus, usque in altíssima,
quæ fecísti magnália: * Deus,
quis símilis tibi?


Quantas ostendísti mihi tri-
bulatiónes multas et malas: ζ et
convérsus vivificásti me: * et
de abyssis terræ iterum redu-
xísti me:

Multiplicásti magnificéntiam tuam: * et convérsus consolátus es me.

Nam et ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam: * Deus, psallam tibi in cíthara, Sanctus Israël.

Exsultábunt lábia mea cum cantávero tibi: * et ánima mea, quam redemísti.

Sed et lingua mea tota die meditábitur justítiam tuam: * cum confúsi et revériti fúerint qui quærunt mala mihi.




Adjútor me- us et li-be-rá-tor me-us esto, Dómi-ne.

Temp. Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.



Feria VI

Super Psalmos Ant.

Per Annum.



Tempore Paschali.



In die tribulati6nis meæ Deum exquisivi, mânibus meis nocte contra eum: * et non sum deceptus.

Rénuit consolári ánima mea, ꝛ memor fui Dei, et delectátus sum, et exercitátus sum: * et defécit spíritus meus.

Anticipavérunt viglias óculi mei: * turbátus sum et non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos: * et annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * et exercitábar, et scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus: * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * a generati6ne in generati6nem?

Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutati6 dèxteræ Excélsi.

Memor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab initio mirabílium tuórum.

Et meditábor in ómnibus óperibus tuis: * et in adinventi6nibus tuis exercébor.

Psalmus 76, ij

Deus, in sancto via tua: ꝛ quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecisti in pópulis virtutem tuam: * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, filios Jacob et Joseph.

Vidérunt te aquæ, Deus, ꝛ vidérunt te aquæ: * et timué-runt, et turbátæ sunt abyssi.

Multitúdo sónitus aquárum: * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ tráns-eunt: * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruscati6nes tuæ orbi terræ: * commóta est et contrémuit terra.

In mari via tua, et sémitæ tuæ in aquis multis: * et vestigia tua non cognoscéntur.

Deduxísti sicut oves pópulum tuum, * in manu Móysi et Aaron.

Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi me: * quóniam inops et pauper sum ego.

Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis et mitis: * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pèrcipe, Dómine, orati6nem meam: * et inténde voci deprecati6nis meæ.

In die tribulati6nis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis, Dómine: * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes, quascúmque fecísti, ꝛ vénient et adorábunt coram te, Dómine: * et glori-
ficábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu et fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, ꝛ et ingrédia in veritate tua: * lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum:


Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iniqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quásiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt te in conspéctu suo.


Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * pátiens et multæ misericórdiæ et verax,

Réspice in me et miserére mei, ꝛ da impérium tuum púero tuo: * et salvum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ꝛ ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me et consolátus es me.



Vo-ce me- a ad Dómi-num clamá-vi, neque obli-





viscé-tur mi-se-ré-ri De-us.

Temp. Paschali, Ant. Allelúia, allelúia, allelúia, pag. 63.



Sabbato

Super Psalmos Ant.

Per Annum.

I  **I** ntret. Ps. 87 Dómi-ne, De-us sa-lú-tis me-æ: * in di-e

 clamá-vi et nocte co-ram te.

Tempore Paschali.

A  **A** l-le-lú-ia. Ps. 87 Dómi-ne, De-us sa-lú-tis me-æ: * in

 di-e clamá-vi et nocte co-ram te.

Intret in conspéctu tuo orátio
 mea: * inclína aurem tuam ad
 precem meam:

Quia repléta est malis ánima
 mea: * et vita mea inférno ap-
 propinquávit.

Æstimátus sum cum descen-
 déntibus in lacum: * factus sum
 sicut homo sine adjutório, inter
 mórtuos liber.

Sicut vulneráti dormiéntes in
 sepúlcris, ζ quorum non es me-
 mor ámplius: * et ipsi de manu
 tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri: *
 in tenebrósis et in umbra mortis.

Super me confirmátus est fu-
 ror tuus: * et omnes fluctus tuos
 induxísti super me.

Longe fecísti notos meos a

me: * posuérumt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, et non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.

Clamávi ad te, Dómine, tota die: * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabilia: * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditiónem?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabilia tua, * et justitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi: * et mane orátio mea præuéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis oratiónem meam: * auértis fáciem tuam a me?

Pauper sum ego et in labóribus a iuuentúte mea: * exaltátus autem, humiliátus sum et conturbátus.

In me transiérunt iræ tuæ: * et terróres tui conturbauérunt me.

Circumdedérunt me sicut aqua tota die: * circumdedérunt me simul.

Elongásti a me amicum et próximum: * et notos meos a miséria.

Psalmus 102, j

Benedic, ánima mea, Dómino: * et ómnia, quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Benedic, ánima mea, Dómino: * et noli obliuisci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis: * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimet de intéritu vitam tuam: * qui coronat te in misericórdia et miseratióibus.

Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ut áquilæ iuuentus tua:

Fáciens misericórdias Dóminus: * et júdicium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * filiis Israél voluntátes suas.

Miserátor et miséricors Dóminus: * longánimis et multum miséricors.

Non in perpétuum irascétur: * neque in aetérnum comminábitur.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndum iniquitátes nostras retríbuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem cæli a terra: * corroboráuit misericórdiam suam super tíméntes se.

Quantum distat ortus ab occidénte: * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Psalmus 102, ij


Quómodo miserétur pater filiórum, ꝛ misértus est Dómi-


OFFICIUM DE TEMPORE

In Nativitate Domini

AD I COMPLETORIUM

Super Psalmos Antiphona VIIIa


C 
omplé-ti sunt. Ps. 4 Cum invocá-rem, ex-audí-vit me



De-us justí-ti-æ me-æ. E u o u a e.


Anti- 
phona.

Complé-ti sunt di-es Ma-rí-æ, ut pá-re-ret Fí-li-um



su-um primo-gé-ni-tum.

Hymnus ut in II Completorio, scilicet:

IV **T** 
e lu-cis ante térmi-num, etc.

Ad Nunc dimittis Antiphona VIIIb

E cce. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dómi-ne, *

se-cúndum verbum tu-um in pa-ce.

Anti-
phona.

Ecce complé-ta sunt ómni-a quæ dicta sunt per

Ange-lum de Vírgine Ma-rí-a.

AD II COMPLETORIUM


Et deinceps usque ad Epiphaniam Domini, nisi aliter notetur.

Super Psalmos Antiphona.

VIIIa

N a-tus est. Ps. 4 Cum invocá-rem, ex-audí-vit me De-us

justí-ti-æ me-æ. E u o u a e.

Anti-
phona.


Na-tus est no-bis hó-di-e Salvá-tor, qui est Chri-stus




Dómi-nus, in ci-vi-tá-te Da-vid.

℞. In manus tuas cum Allelúia quotidie dicatur usque ad Octavam diem Epiphaniæ inclusive, etiam in Festo et in Octava Sanctorum Innocentium Martyrum.


Hymnus



e lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-scimus



Ut só-li-ta clemén-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.




2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta:




Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pollu-ántur córpo-ra.



3. Gló-ri-a ti-bi, Dó-mi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum




Pa-tre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sæ-cu-la.




A-men.

Ad Nunc dimittis Antiphona V

A




lle-lú-ia. Cant. Nunc di-mít-tis servum tu-um,




Dó-mi-ne, * se-cúndum verbum tu-um in pa-ce.

Anti-
phona.



Al-le-lú-ia. Verbum ca-ro factum est, al-le-lú-ia,



et ha-bi-tá-vit in no-bis, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

IN FESTO

Sanctissimi Nominis Jesu

Omnia fiant ut in Nativitate Domini; hymnus tamen alterutro ex sequentibus tonis cantatur.

Hymnus

IV

T e lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pósci-mus

Ut só-li-ta cle-mén-ti-a Sis præsul ad custó-di-am.

2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta:

Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pollu-án-tur cór-po-ra.

3. Gló-ri-a ti-bi, Dó-mi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne,

Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-tér-na sæ-cu-la.

A-men.

Hymni tonus alter

T^{II} e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus

Ut só-li-ta clemé-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am. 2. Procul

re-cé-dant só-mni-a Et nócti-um phantás-ma-ta: Hostém-que

nostrum có-mprime, Ne pollu-ántur córpo-ra. 3. Gló-ri-a tibi,


Dó-mi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum Patre et Sancto Spí-

ri-tu, In sempi-térna sæ-cu-la. A-men.


In Epiphania Domini

Super Psalmos Antiphona VIIIb


Lux de lu-ce. Ps. 4 Cum invocá-rem, exaudí-vit me




De-us justí-ti-æ me-æ: * in tri-bu-la-ti-ó-ne dí-la-tá-sti



mi-hi.



Anti-
phona. Lux de lu-ce appa-ru-í-sti, Christe, cu- i Ma-gi mú-



ne-ra óffe-runt, alle-lú-ia, alle- lú-ia, alle-lú-ia.



Hymnus

IV
T e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus

Ut só-li-ta cle-mén-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.

2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phantásma-ta:



Ho-stémque nostrum cómpri-me, Ne pol-lu-ántur córpo-ra.



3, Gló-ri-a ti-bi, Dó-mi-ne, Qui appa-ru-í-sti hó-di-e, Cum

Pa-tre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna sá-cu-la.

A-men.

Ad Nunc dimittis Antiphona V

A  l-le-lú- ia. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dó-

 mi-ne. E u o u a e.

Anti-
 phona.  Alle-lú- ia. Omnes de Saba vé-ni-ent, alle-lú-ia,

 aurum et thus de-fe-réntes, alle-lú- ia, al-le- lú-ia.

¶ Sic cantatur Completorium usque ad diem Octavam Epiphaniæ inclusive, nisi aliter notetur.

Dominica infra Octavam Epiphaniæ

Sanctæ Familiæ Jesu, Mariæ, Joseph

Omnia fiant ut in Epiphania Domini; hymnus tamen tono sequenti cantatur.

II
T e lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor, póscimus

Ut só-li-ta cleménti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.

2. Pro-cul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phantásma-ta:

Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pol-lu-ántur córpo-ra.

3. Je-su, tu-is o-bé-di-ens Qui factus es pa-rénti-bus, Cum

Patre summo ac Spí-ri-tu Semper ti-bi sit gló-ri-a. A-men.

Tempore Quadragesimæ et Passionis

a Sabbato post Cineres usque ad Cenam Domini exclusive

Capitulum

Jerem. 14.

Tu in nobis es, Dómine, ꝛ et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: ne derelinquas nos, Dómine, Deus noster. ꝛ
 R̃. Deo grátias.


¶ A Sabbato ante Dominicam I in Quadragesima usque ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive, in Sabbatis et Dominicis diebus, in festis Duplicibus ac Totis Duplicibus in utroque Completorio, omisso R̃. In manus tuas, cantetur R̃. In pace, quod inchoari debet ab eo qui Versum ejus cantaturus est. Ceteris autem diebus cantetur R̃. In manus tuas, more solito.

VIII




In pa- ce in id- ípsum * Dórmi- am et re-
 qui- é- scam.

Ad Versum sedeat Chorus. Versus autem semper cantetur ab uno cui injunctum fuerit, etiam in festis Duplicibus et Totis Duplicibus.

V. Si dé-de- ro som- num ó- cu- lis meis et



Responsorium In manus tuas cum Glória Patri.



¶ A Sabbato ante Dominicam in Passione usque ad Cenam Domini exclusive, jam omisso R̄. In pace, dicatur R̄. In manus tuas sine Glória Patri, quando de Tempore agitur. In festis tamen Sanctorum dicatur R̄. In manus tuas cum Glória Patri, ut supra.

IV



n ma-nus tu-as, Dómi-ne, * Comméndo spí-ri-tum



me-um. In manus. √. Red-emísti me, Dómi-ne, De-us ve-



ri-tá-tis. * Comméndo spí-ri-tum me-um. R̄. In manus




tu-as, Dómi-ne, comméndo spí-ri-tum me-um.


Sequens Hymnus dicatur quotidie usque ad Cenam Domini exclusive, nec unquam mutet tonum.

Hymnus


II




hriste, qui lux es et di-es, Noctis tenébras dé-te-gis,




Lu-cisque lumen cré-de-ris, Lumen be-á-tum præ-di-cans.




2. Pre-cámur, sancte Dómi-ne, De-fénde nos in hac nocte: Sit




no-bis in te réqui-es, Qui-é-tam noctem trfibu-e. 3. Ne gra-




vis somnus írru-at, Nec hostis nos subrí-pi-at, Nec caro il-




li consén-ti-ens Nos ti-bi re-os stá-tu-at. 4. Ocu-li



somnum cá-pi-ant, Cor ad te semper ví-gi-let: Déxte-ra tu-a




pró-te-gat Fámu-los qui te dí-li-gunt. 5. De-fénsor noster,




áspi-ce, Insi-di-ántes réprime, Gubérna tu-os fámu-los


Ad hunc Versum genuflectatur.




Quos sán-gui-ne mercá-tus es. 6. Meménto nostri, Dómi-ne,




In gra-vi isto córpo-re: Qui es de-fénsor á-nimæ, Adésto




no-bis, Dó-mi-ne. 7. Præsta, Pa- ter omní-po-tens, Per Jesum




Christum Dó-mi-num, Qui tecum in perpé-tu-um Regnat cum



Sancto Spí-ri- tu. A-men.




Y. Custó-di nos, Dómi-ne, ut pu-píl-lam ó-cu-li.



R̄. Sub umbra a-lá-rum tu-á-rum pró-te-ge nos.

¶ Sequens Antiphona ad Nunc dimittis dicatur quotidie a Sabbato post Cineres usque ad Sabbatum ante Dominicam III in Quadragesima exclusive, nisi Completorium fuerit de B. Maria V.

^{iva}
E ví- gi-la. Cant. Nunc dimittis servum tu-um, Dómi-ne, *



se-cúndum verbum tu-um in pa-ce.

Anti-
phona.

E-ví-gi-la su-per nos, æ-térne Salvá-tor, ne nos

apprehén-dat cá-li-dus tentá-tor: qui-a tu factus es no-bis

sempi-térnus ad-jútor.

¶ Sequens vero Antiphona ad Nunc dimittis dicatur quotidie a Sabbato ante Dominicam III in Quadragesima ad Sabbatum ante Dominicam in Passione exclusive, nisi Completorium fuerit de B. Maria V. Inchoetur autem ab Hebdomadario more solito.

iva

M

é-di-a vi-ta. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dó-

mi-ne. E u o u a e.

Anti-
phona.

Mé-di-a vi-ta in morte su-mus: quem quærimus ad-ju-

tó-rem ni-si te, Dómi-ne, qui pro peccá-tis no-stris



juste i-rá-sce-ris? * Sancte De-us, sancte
for-tis, sancte et mi-sé-ri-cors Salvá-tor, amáræ
morti ne tra-das nos.


Sequens √. cantetur ab uno cui injunctum fuerit, Choro sedente.



√. Ne pro-jí-ci-as nos in témpo-re se-nectú-tis; cum de-fé-
ce-rit vir-tus no-stra, ne de-re-línquas nos, Dó-mi-ne.


* Sancte.

¶ Sequens Antiphona ad Nunc dimittis dicatur quotidie a Sabbato ante Dominicam in Passione usque ad Cenam Domini exclusive, nisi Completorium de B. Maria V. fuerit.




O Rex. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dómi-ne.

E u o u a e.




O Rex glo-ri-ó-se inter sanctos tu- os, qui semper




es laudá-bi-lis et tamen in-ef-fá-bi-lis: tu in nobis es, Dó-




mi-ne, et nomen sanctum tu- um invo-cá-tum est su-per



nos: ne de-re-lín-quas nos, De-us noster: ut in di-e judí-




ci- i nos collocá-re digné-ris inter sanctos et e-lé-ctos



tu- os, Rex bene-dí-cte.


¶ Si Preces dicendæ fuerint, finita post Canticum Nunc dimittis Antiphona, dicitur:

Cantor hebdomadæ / Chorus




Ký-ri-e, e-lé-ison. Christe, e-lé-ison. Ký-ri-e, e-lé-ison.

Inclinatisque vel prostratis pro tempore Fratribus, secreto dicatur Pater noster; quo dicto, Hebdomadarius aliquantulum se erigens alta voce subjungat:




Et ne nos indú-cas in tenta-ti-ónem. *R.* Sed lí-be-ra nos a




ma-lo. *V.* In pa-ce in id-ípsum. *R.* Dórmí-am et requi-éscam.

Deinde secreto dicatur Credo in Deum; quo dicto, Hebdomadarius totus erectus et versus ad altare dicat alte:



Carnis re-surrecti-ó-nem. *R.* Vi-tam æ-térnam. Amen. *V.* Di-



gná-re, Dómi-ne, nocte is-ta. *R.* Si-ne peccá-to nos custodí-re.

Finitis Precibus subditur Dóminus vobíscum cum Oratione Vísita, quæsumus, ut infra.

¶ Si Preces dicendæ non fuerint, finita post Canticum Antiphona, statim dicat Hebdomadarius versus ad altare:

Dóminus vobíscum. *z* *R.* Et cum spírítu tuo.

Orémus. *z*

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatió-nem istam, *z* et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: et Angeli tui sancti habitá-ntes in ea nos in pace custódi-ant, *z* et benedictio tua sit super nos semper: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, *z* qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. *z* *R.* Amen.

Dóminus vobíscum. *z* *R.* Et cum spírítu tuo.

Benedicámus Dómino. *z* *R.* Deo grátias.

Feria IV Maioris Hebdomadae


Completorium cum Psalmis de feria IV more solito dicatur absque prostrationibus et absque Precibus. Dum cantantur Psalmi vel Canticum Nunc dimittis, aqua benedicta aspergatur.

Benedictio post Completorium detur. Non cantatur Antiphona Salve, Regina, sed statim post benedictionem subdatur Fidélium ánimæ... Quo dicto Fratres profunde inclinati dicant Pater noster et Credo in Deum.


Feria V in Cena Domini

Non dicitur Jube, domne, benedicere, neque datur benedictio Noctem quiétam; non dicitur Lectio Fratres: Sóbrii estóte, neque Ψ . Adjutórium nostrum, neque Confíteor, neque Ψ . Convérte nos, neque Ψ . Deus, in adjutórium; sed postquam Fratres profunde inclinati Pater noster submissa voce dixerint, Prior faciat signum, et omnes erecti versis vultibus ad altare muniant se signo Crucis; statimque inchoata Antiphona Christus ab eo qui dicit Versiculos, cantentur Psalmi de Dominica voce mediocri, ita tamen ut sonus psalmodiæ distincte resonet; quod etiam abhinc omnibus Horis usque ad Missam Sabbati Paschæ fiat, exceptis Matutinis, quæ solemnius sunt dicendæ. Non dicitur Glória Patri post Psalmos, neque post Canticum Nunc dimittis.

Ultimi Versus Psalmorum et præfati Cantici juxta primam differentiam toni octavi terminentur sicut alii Versus eorundem.




C hri-stus factus est. Ps. 4 Cum invocá-rem, exaudí-vit me




De-us justí-ti-æ me-æ. E u o u a e.

Finito Psalmo Ecce nunc, immediate sequitur Canticum:




Nunc di-mít-tis servum tu-um, Dómi-ne, * se-cúndum verbum




tu-um in pa-ce. Qui- a...

Dicto et glóriam plebis tuæ Israël, statim cantatur Antiphona:




Christus factus est pro no-bis obé-di-ens usque ad mortem,




mortem autem cru-cis.


Sine intervallo absque Dóminus vobiscum et absque Orémus dicat Hebdomadarius Orationem:



éspi-ce, quæ-sumus, Dómi-ne, su-per hanc famí-li-am



tu-am, pro qua Dómi-nus noster Jesus Christus non du-bi-tá-vit



má-ni-bus tra-di nocénti-um et cru-cis sub-í-re torméntum.

Non respondetur Amen, nec dicitur Dóminus vobiscum, neque Benedicámus Dómino. Benedictio non datur; omittitur Antiphona Salve, Regína, nec fit aquæ benedictæ aspersio, sed finita Oratione Réspice, ut supra, omisso Fidélium, Fratres inclinati profunde dicant Pater noster et Credo in Deum; factoque signo a Priore, surgant omnes.

Feria VI in Parasceve

Omnia fiant ut heri, exceptis quæ sequuntur:

Dum dicitur in principio **Pater noster**, Fratres sint prostrati super formas. Dicta post Canticum **Nunc dimittis** Antiphona **Christus factus est**, iterum prosternant se, et dicant secreto **Pater noster**. Deinde subdatur ab utroque Choro alternatim sine cantu:

Psalmus 50

Miserere mei, Deus, * secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum * dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: * et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: * et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: * ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: * et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: * incerta, et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: * lavabis me, et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et letitiam: * et exultabunt ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: * et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus: * et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: * et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi letitiam salutaris tui: * et spiritu principali confirma me.

Docébo iniquos vias tuas: * et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae: * et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Dómine, lábia mea aperies: * et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: * holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contritum: * cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies.

Benigne fac, Dómine, in bona

voluntáte tua Sion: * ut ædificén-
tur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium ju-

stítia, oblatiões et holocáusta: *
tunc impónent super altáre tuum
vítulos.

Post Psalmum dicat Hebdomadarius Orationem sequentem,
nihil omnino præmittens aut subjungens:

Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua
Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi
nocéntium et crucis subíre tormentum.


Deinde dicatur submissa voce Pater noster et Credo in Deum,
et sic Completorium finiatur.

Sabbato Sancto Paschæ


Completorium inchoetur more solito; et amplius non dicatur
Laus tibi, Dómine post primum Sicut erat, sed ejus loco deinceps
dicatur Allelúia.

Super Psalmos Antiphona

VIIIa




A l-le-lú-ia. Ps. 4 Cum invocá-rem, exaudí-vit me De-us




justí-ti-æ me-æ. E u o u a e.

Dicantur Psalmi de Dominica, terminando quemlibet cum
Glória Patri.

Post Psalmum vero Ecce nunc sequitur immediate Canticum
Nunc dimittis cum Glória Patri, hoc modo:




Nunc dimít-tis servum tu-um, Dómine. E u o u a e.




Anti-
phona.

Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Et statim dicit Hebdomadarius:




Dóminus vo-bíscum. R̃. Et cum spí-ri-tu tu-o. O-rémus.




S


pí-ri-tum no-bis, Dómi-ne, tu-æ ca-ri-tá-tis in-fúnde:




ut quos sacraméntis Paschá-li-bus sa-ti-á-sti, tu-a fá-ci-as




pi-e-tá-te concordes: Per Dómi-num nostrum Je-sum Christum




Fí-li-um tu-um, qui tẽ-cum vi-vit et regnat in u-ni-tá-te




e-júsdem Spí-ri-tus Sancti De-us: per ómni- a sáecu-la sæ-



cu-ló-rum. R̄. Amen.



Dóminus vo-bíscum. R̄. Et cum spí-ri-tu tu-o.



Be-ne-di-cámus Dómi-no. R̄. De-o grá-ti-as.

Detur benedictio more solito; deinde cantetur Antiphona Salve, Regina et fiat processio cum aquæ benedictæ aspersione.


In die Sancto Paschæ


et

Feriis II et III post Pascha


Completorium inchoetur more solito.

Super Psalmos Antiphona VIIIA

A  1-le-lú-ia. Ps. 4 Cum invocá-rem, exaudí-vit me De- us

 justí-ti-æ me-æ. E u o u a e.

Dicantur Psalmi de Dominica.

Anti-  phona. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Non dicitur Capitulum Tu in nobis es, neque R̄. In manus tuas, neque Hymnus, neque V̄. Custódi nos; sed cantata post Psalmos Antiphona supradicta, sine intervallo sequitur Antiphona:

II **H**  æc di- es quam fe-cit Dó-

 mi-nus: exsulté- mus

 et læ-té- mur in e- a.

Ad Nunc dimittis Antiphona V

A lle-lú- ia. Cant. Nunc dimittis servum tu-um, Dó-
mi-ne. E u o u a e.

Anti-
phona. Alle-lú- ia. Re-surré-xit Dómi-nus, alle-lú-ia, sic-ut
di-xit vobis, alle-lú- ia, al-le- lú-ia.

Deinde Oratio Spíritum nobis, ut supra, pag. 59.

¶ Detur benedictio more solito; deinde cantetur Antiphona **Salve, Regina** et fiat processio cum aquæ benedictæ aspersione.

Feriis IV, V et VI post Pascha

Idem modus dicendi Completorium servetur qui in die sancto Paschæ, nisi quod loco Orationis Spíritum nobis dicatur solita Oratio **Vísita**, quæsumus:

Dóminus vobíscum. ⁊ R̄. Et cum spíritu tuo.

Orémus. ⁊

Vísita, quæsumus, Dómine, habitatióem istam, ⁊ et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: et Angeli tui sancti habitántes in ea nos in pace custódiant, ⁊ et benedictio tua sit super nos semper: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, ⁊ qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. ⁊ R̄. Amen.

Dóminus vobíscum. ⁊ R̄. Et cum spíritu tuo.

Benedicámus Dómino. ⁊ R̄. Deo grátias.


Sabbato post Pascha

et deinceps quotidie usque ad Sabbatum post Pentecosten

Completorium inchoetur more solito.

Super Psalmos Antiphona


VIIIa



A 1-le-lú-ia. E u o u a e.

¶ Sabbato post Pascha dicuntur Psalmi de Dominica; ceteris diebus Temporis Paschalis dicuntur de Dominica vel de occurrenti hebdomadae die, iuxta rubricam (pag. 7).

Anti-
phona.




Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Capitulum

Jerem. 14.


Tu in nobis es, Dómine, ⁊ et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: ne derelínquas nos, Dómine, Deus noster. ⁊ R̄. Deo grátias.

R̄.VI




In ma-nus tu-as, Dómi-ne, comméndo spí-ri-tum me-um,

* Al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. In ma-nus. ¶. Red-emísti me,



Dó-mi-ne, De-us ve-ri-tá-tis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia.



Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. In manus.








Hymnus



IV


J e-su, nostra redempti-o, Amor et de-si-dé-ri-um,
 De-us Cre-á-tor ómni-um, Homo in fi-ne témpo-rum:
 2. Quæ te vi-cit clemén-ti-a, Ut ferres nostra crími-na, Crudé-
 lem mortem pá-ti-ens, Ut nos a mor-te tól-le-res? 3. In-férni
 claustra pé-ne-trans, Tu-os captí-vos réd-imens, Victor tri-úm-
 pho nó-bi-li Ad dextram Pa-tris ré-si-dens: 4. Ipsa te
 co-gat pí-e-tas Ut ma-la nostra súde-res Parcéndo, et
 vo-ti cómpo-tes Nos tu-o vul-tu sá-ti-es.

TEMPORE RESURRECTIONIS.




TEMPORE ASCENSIONIS.






6. Gló-ri- a ti- bi, Dó-mi-ne, Qui scandis supra sí-de-ra,




Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-tér- na sæ-cu- la.




A-men.


IN FESTO ET PER HEBDOMADAM PENTECOSTES.




5. Dudum sacrá- ta pé-cto-ra Tu-a replé-sti grá-ti- a: Dimítte




nunc peccámina, Et da qui-é- ta témpo-ra. 6. Sit laus Patri




cum Fí- li- o, Sancto simul Pará-cli-to: Nobisque mit-tat




Fí- li- us Cha-rísma San-cti Spí-ri- tus. A-men.



ψ. Custó-di nos, Dómi-ne, ut pu-píl-lam ó-cu-li, alle-lú-ia.




℞. Sub umbra a-lá-rum tu-á-rum pró-te-ge nos,




al-le-lú-ia.

Ad Nunc dimittis Antiphona V




A l-le-lú-ia. Cant. Nunc dimittis servum tu-um, Dómine.




E u o u a e.

Tempore Resurrectionis.




Alle-lú-ia. Re-surré-xit Dómi-nus, alle-lú-ia, sic-ut




di-xit vo-bis, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia.

Tempore Ascensionis.




Alle-lú- ia. Ascéndens Christus in altum, alle-lú-ia,




capti-vam du-xit capti-vi-tá-tem, al-le-lú- ia, al-le- lú-ia.

In Festo et per hebdomadam Pentecostes.




Alle-lú- ia. Spí-ri-tus Pa-rá-cli-tus, al-le-lú-ia, docé-



bit vos ómni- a, al-le-lú- ia, al-le- lú-ia.


¶ Si Preces dicendæ fuerint, finita post Canticum Nunc dimittis Antiphona, dicitur:

Cantor hebdomadæ Chorus



Ký-ri- e, e-léi-son. Christe, e-léi-son. Ký-ri- e, e-léi-son.

Inclinatisque vel prostratis pro tempore Fratribus, secreto dicatur Pater noster; quo dicto, Hebdomadarius aliquantulum se erigens alta voce subjungat:




Et ne nos indú-cas in tenta-ti- ó-nem. R̄. Sed lí-be-ra nos a




ma-lo. V. In pa-ce in id-ípsum. R̃. Dórmi- am et requi- éscam.

Deinde secreto dicatur Credo in Deum; quo dicto, Hebdomadarius totus erectus et versus ad altare dicat alte:



Carnis re-surrecti- ó-nem. R̃. Vi- tam æ-térnam. Amen. V. Di-



gná-re, Dómi-ne, nocte is-ta. R̃. Si-ne peccá-to nos custodí-re.

Finitis Precibus subditur Dóminus vobíscum cum Oratione Vísita, quásumus, ut infra.

¶ Si Preces dicendæ non fuerint, finita post Canticum Antiphona, statim dicat Hebdomadarius versus ad altare:

Dóminus vobíscum. ζ R̃. Et cum spírítu tuo.

Orémus. ζ

Vísita, quásumus, Dómine, habitatió-nem istam, ζ et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle: et Angeli tui sancti habitántes in ea nos in pace custódiant, ζ et benedictio tua sit super nos semper: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, ζ qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus: per ómnia sæcula sæculórum. ζ R̃. Amen.

Dóminus vobíscum. ζ R̃. Et cum spírítu tuo.

Benedicámus Dómino. ζ R̃. Deo grátias.

IN FESTO SS. Trinitatis

Hymnus sequenti modo cantetur in utroque Completorio SS. Trinitatis, Feriisque secunda et tertia infra Octavam ejusdem, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur.

T^I e lu- cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pósci-
mus Ut só-li-ta cleménti-a Sis præ-sul ad
cu- stó-di- am. 2. Pro- cul re- cé-dant sómni-a Et nó-
cti- um phantásma-ta: Hostémque nostrum cómpri-me,
Ne pollu-án- tur córpo-ra. 3. Præ-sta, Pa-ter omní-po-tens,
Per Je-sum Christum Dó-mi-num, Qui te-cum in perpé-
tu-um Regnat cum San-cto Spí-ri-tu. A-men.

IN FESTO ET PER OCTAVAM
Corporis Christi

Hymnus

VIII

Te lu- cis an-te térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-
scimus Ut só-li-ta clemén-ti-a Sis præ-sul ad custó- di-am.

2. Pro-cul re-cé-dant só-mni-a Et nócti-um phantásma-ta:
Hostémque nostrum cómprime, Ne pol-lu-án-tur cór-po-ra.

3. Gló-ri- a ti-bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vir-gi-ne,
Cum Patre et Sancto Spí-ri-tu, In semp-térna sá- cu-la.

A-men.

Ÿ. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi.

Ad Nunc dimittis Antiphona V

A l-le-lú- ia. Cant. Nunc dimít-tis servum tu-um, Dó-
mi-ne. E u o u a e.


Anti-
phona. Al-le-lú- ia. Pa-nis quem e-go dé-de-ro, al-le-lú-ia,
ca-ro me-a est pro mundi vi-ta, al-le-lú- ia, al-le- lú-ia.

IN FESTO ET PER OCTAVAM


Sacratissimi Cordis Jesu

Hymnus


Te lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, póscimus
Ut só-li-ta cle-mén-ti-a Sis præ-sul ad custó-di-am.
2. Pro-cul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phan-tásma-ta:



Hostémque no-strum cóprime, Ne pol-lu-ántur córpo-ra.



3. Gló-ri- a ti-bi, Dómi-ne, Qui Corde fundis grá-ti- am, Cum




Patre et Sancto Spí- ri-tu, In sempi- térna sáecu- la. A-men.


V. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi.

Ad Nunc dimittis Antiphona V

A




l- le- lú- ia. Cant. Nunc di- mít- tis servum tu- um,




Dómi- ne. E u o u a e.

Anti-
phona.



Alle- lú- ia. Hauri- é- tis in gáudi- o, al- le- lú- ia, de



fónti- bus Salva- tó- ris, alle- lú- ia, al- le- lú- ia.


¶ Hæc Antiphona dicatur ad Nunc dimittis per totam Octavam, nisi aliter notetur.

IN FESTIS B. MARIÆ V.


¶ In omnibus festis B. Mariæ V., nisi in Proprio Sanctorum aliter notetur, dicatur super Psalmos Antiphona *Virgo Maria* et ad Nunc dimittis Antiphona *Corde et ánimo* vel, secundum rubricam infra datam, Antiphona *Sub tuum*; Hymnus vero cantetur pro solemnitate festi alterutro ex tonis sequentibus.

¶ Si aliquod festum B. Mariæ V. cum Octava celebretur, eodem modo dicatur Completorium per totam Octavam, etiam in festis Sanctorum, nisi aliter notetur, vel nisi Vesperæ præcedentes de Tempore fuerint in Sabbato vel in Dominica; Hymnus vero cantetur pro qualitate festi vel diei.


Super Psalmos Antiphona VIIa

V 
 irgo Ma-rí-a. Ps. 4 Cum invo-cá-rem, ex-audí-vit


 me De-us justí-ti-æ me-æ: * in tri-bu-la-ti-óne di-la-tásti mi-hi.

Anti-
 phona. 

Virgo Ma-rí-a, non est ti-bi sími-lis na-ta in mundo


 inter mu-lí-e-res, flo-rens ut ro-sa, fragrans sic-ut lí-li-um:


 o-ra pro no-bis, sancta De-i Gé-nitrix. T. P. Al-le-lú-ia.

Hymnus

In Festis I et II classis B. Mariæ V. et in die Octava solemnij
ejusdem, nisi aliter notetur.

I

The musical score is written on ten staves. Each staff begins with a treble clef and a common time signature (C). The music is a single melodic line. The lyrics are printed below the staves, with some words appearing on two lines. The score includes repeat signs (double bar lines with dots) and fermatas (curved lines) over certain notes. The lyrics are:

T e lu-cis an-te térmi-num, Re-rum Cre-á-tor, pó-

sci-mus Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad cu-stó-

di-am. 2. Procul re-cé-dant sómni-a Et nó-cti-um phan-

tásma-ta: Hostém-que no-strum cómpri-me, Ne pollu-ántur

córpo-ra. 3. Ma-rí-a, ma-ter grá-ti-æ, Ma-ter mi-se-ri-cór-

di-æ, Tu nos ab ho-ste pró-te-ge Et ho-ra mortis


súsci-pe. 4. Gló-ri-a ti-bi, Dómi-ne, Qui na-tus es de Vir-

gi- ne, Cum Patre et San-cto Spí-ri- tu, In sempi-térna
sæ-cu-la. A-men.


Hymnus

In Totis Duplicibus communibus et infra Octavam solemnem,
nisi aliter notetur.


T e lu-cis ante términum, Re-rum Cre-á-tor, pósci-
mus Ut só-li-ta cle-ménti-a Sis præsul ad custó-di-am.
2. Procul re- cédant sómni-a Et nócti-um phantásma-ta:
Hostémque nostrum cómpri-me, Ne pollu-ántur córpora.
3. Ma-rí-a, ma-ter grá-ti-æ, Ma-ter mi-se-ri-córdi-æ, Tu nos



ab hoste pró-te-ge, Et hora mor-tis súsci-pe. 4. Gló-ri- a




ti-bi, Dómi-ne, Qui natus es de Vír-gine, Cum Patre et San-




cto Spí-ri- tu, In sempi-térna sá-cu-la. A- men.


¶ Si aliquod festum B. Mariæ V. infra Quadragesimam celebratur, cantetur Hymnus Christe, qui lux es (pag. 48), et sequentibus duabus strophis concludatur:




7. Ma-rí- a, ma-ter grá-ti-æ, Ma-ter mi-se-ri-córdi-æ, Tu nos ab



hoste pró-te-ge Et ho-ra mortis súsci-pe. 8. Gló-ri- a ti-bi,




Dómi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum Patre et Sancto Spí-




ri-tu, In sempi- térna sá-cu-la. A-men.


¶ Si aliquod festum B. Mariæ V. Tempore Paschali celebretur, cantetur Hymnus Jesu, nostra redemptio (pag. 64), et post strophem Quæsumus, Auctor ómnium tempore Resurrectionis, vel post strophem Tu esto nostrum gáudium tempore Ascensionis, addantur duæ strophæ sequentes:




6. Ma-ri- a, ma- ter grá-ti- æ, Ma-ter mi-se-ri-córdi-æ, Tu



nos ab hoste pró-te-ge Et ho-ra mor- tis súsci-pe. 7. Gló-ri- a




ti- bi, Dó-mi-ne, Qui na-tus es de Vírgi-ne, Cum Patre et




Sancto Spí-ri-tu, In sempi-tér- na sá-cu- la. A-men.

Ad Nunc dimittis Antiphona VIIIa



C or-de. Cant. Nunc. dimít-tis servum tu-um, Dómi-ne, *



secúndum verbum tu-um in pa-ce.

Anti-
phona.



Cor- de et á-ni-mo Christo canámus gló-ri- am in



hac sacra so-lemni-tá-te præ-cél-sæ Ge-nitri-cis De- i Ma-





rí- æ. T. P. Ma-rí- æ, al-le-lú-ia.

¶ Sequens Antiphona ad Nunc dimittis dicatur in Compas-
sione B. M. V., in festo B. Mariæ V. omnium gratiarum Media-
